ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 171r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de medio eorum & separamini dicit dns; Qui portatis
uasa dni exite & inmundum nolite contingere. &
ego recipiam uos. & ero uob in patrem & uos eritis mihi
in filios & filias dicit dns omnipotens; Propterea
ergo dicit non erit tibi dii alii praeter me neq; faciet tibi
ipsi idolum. neque similitudinem ullam quaecumque
in caelo sunt & quaecumque in terra & quae in aquis
neque adorabis eos neque colis eos. ego enim sum dns
ds tuus ds zelans. Vide benignitatem di. quomodo
ut nos doceat & perfectos faciat ipse fragilitatem hu
manorum non recusat affectum; Quis enim audiens
dm zelantem non continuo miretur. & humane fragi
litatis uitium putet. sed omnia propter nos & agit
& patitur ds. & ut possimus edoceri. notis & usitatis
nob affectibus loquitur; Uideamus ergo quid est
hoc quod dicit quia ds zelans ego sum. sed ut con
templari facilius possint diuina de humanis. secdm
ea quae superius disseruimus doceamur exemplis.
Omnis mulier aut sub uiro est & si subiecta est legib;
uiri. aut meretrix. e. & utitur libertate peccandi:.
Qui ergo ingreditur ad meretricem scit se ad eam ingres
sum esse mulierem quae prostituta est & cunctis uo
lentibus patet. & ideo indignari non potest si cum ea
etiam alios uideat amatores. Qui uero legitimo